



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

5. Exemptus agendo, an forum rei coram Ordinario fortiatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

res privilegiatos alioquin aut Exemptos constanter observatur, unde hic non solum decisio illa cessat, quod citatus non teneatur comparere ad allegandum privilegium suum, si notorium est, iudicem non habere jurisdictionem vel habere elidibilem in causa, sed nequidem hic ulla illius privilegii seu Exemptionis productio, quicquam juris sibi vendicare potest. Ita ille, adde Gaill. supra num. 17. in fine.

26 Prædicta tamen intelligenda sunt in Exemptis qui activè prorogare possunt, id est, qui si agerent coram ordinario, illius jurisdictionem prorogarent, quem admodum sequenti quæstione num. 1. tractabimus, cæterum si neque activè, hoc est agendo jurisdictionem ordinarii sortiri possunt (velut quæstione eadem num. 9. usque ad finem distremus) aliud esset concludendum.

Quid autem, si diffamatus plures habeat iudices? poteritne diffamans postposito iudice, qui in diffamatorio iudicio fuit præventus, eligere alium ex iudicibus diffamati, coram quo principale suum iudicium instituat? Affirmativam sententiam amplexus est Socinus *consil. 94. vol. 3.* assecutusque habet Andream Gaill. *lib. 1. obs. 11. num. 4. & seqq.* & alios non paucos: at vero negativam, scilicet quod principale iudicium moveri debeat coram eo iudice, qui in iudicio diffamatorio ex l. diffamati fuit præoccupatus, secutus est Joannes Baptista de Sancto Severino. *Rep. l. omnes populi col. 14. de iust. & iure,* & multis aliis omisit Felinus *cap. Cum sit generale num. 6. de foro comp.* hac potissimum ratione, quod idem debeat esse iudex causis præparatis, qui fuit causæ præparantis, propter causæ continentiam & connexitatem, quæ dividi non debet, & quod altera actio veniat in consequentiam alterius, vide infra eodem lib. *quæst. 38.* ubi multifariam diversis rationibus desumptis ex subtili tractatu quem de continentia causæ inscripsit Mindanus confirmare posset, Sed cum hæc quæstio per parergos sit proposita, subsisto, relegans lectorem ad Petrum Peck. de *Jure sistend. cap. 34. num. 3. & 4.* & ad Bartholomæum Blarerium *Rep. d. l. diffamari sap. 4. num. 39. fol. 107.* qui in illius discussione plenius se diffundit.

QVÆSTIO V.

Exemptus agendo an forum rei coram ordinario fortietur?

S U M M A R I U M.

1. Actor sequitur forum rei.
2. In privilegiis sequenda mens concendentis.
3. Quædam Exemptio passiva.
6. Quædam activa & passiva, quæ nec agere nec conveniri possunt.

7. Præ-

7. Principia quanta potestas.
 9. Exempti habent speciales iudices.
 10. Papa referendo quasdam causas, censetur privare ordinarium jurisdictione.
 11. Papa si referet sibi absolutionem, Episcopus non dispensabit.
 12. Jurisdictio in Exemptis est reservata.

13. Reservatio symbolizat cum avocatione.
 14. Equipollens clausula irritans.
 15. Item appositione manus Papae.
 16. Clausula irritans ligat ignorantes.
 17. Clericus facile impetrat iudicem contra laicum.
 18. Clericus Secundarius Dioecesis Leonensis, Exemptus est active & passive.

IN jure nihil est magis vulgatum, quam quod actor, licet extraneus, forum rei sequi debeat, *l. fin. C. ubi in rem actio. Lopus allegat.* 10. Idque etiam de jure Canonico contra Ecclesiasticos firmatum est, utpote quod Clericus forum rei Laici fortitatur, paucis tamen casibus exceptis, quos *Spec. & DD.* persequuntur. *lex. c. si Clericus cap. cum sit generalis. ubi. DD. de foro compet. cap. experientia.* 11. *quest. 1. Specul. de compet. ind. ad ii. par. 2. §. generaliter per tot.* Unde fit occasio investigandi an hac definitio loquendi fori generalis, obtineat etiam hac in materia Exemptorum? Pro solutio loquendi fori generalis, obtineat etiam hac in materia Exemptorum? Pro solutio loquendi fori generalis, obtineat etiam hac in materia Exemptorum? Pro solutio loquendi fori generalis, obtineat etiam hac in materia Exemptorum? Pro solutio loquendi fori generalis, obtineat etiam hac in materia Exemptorum?

Aut igitur simpliciter conceditur Exemptio à jurisdictione ordinarii, tunc licet exemptus hoc pacto conveniri coram eo non possit, tamen agendo, eum coram suo ordinario conveniri compelleretur. *Bacquetius in suo celebri tract. des droits du domaine de la Couronne de France: tractatu 4. par. 1. cap. 10. vers. & par autres lettres.* Ratio sumetur ex Regula antescrpta, quæ confirmatur ex identitate rationis & æquiparatione quam hæcenus dixi esse inter Clericos & Exemptos ratione specialitatis fori, illi enim Exempti sunt à foro Laici jure divino, hi vero à jurisdictione ordinarii jure positivo, dixi supra *h. i. quest. 45. vers. Idque argumento proportionabili & lib. 2. quest. 4. vers. ac quidem quamvis num. 6.* & 24. illi sequuntur forum rei, ergo & hi.

Confirmatur secundo, Quia extraneus etiam si nullo pacto sit subiectus judici seu foro rei, tamen agendo ei subiicietur eam in causa sequendo ejus forum, *Lopus d. alleg. 10. d. juris ordinem C. de jurisd. om. ind.*

Id quod etiam dicendum est de Exemptis, qui quidem licet jure quasi extraneorum censeantur per *cap. græv. ubi Felix. & DD. de offic. ordin. & dixi supra quest. 46. post pr. lib. 1.* tamen longè magis subiiciuntur Episcopo seu ordinario quam extranei, qui illam nullo jure recognoscunt: quippe quod licet non sint de Dioecesi, sunt tamen in Dioecesi, id quod de extraneis enunciari non potest. *d. cap. græv.*, nec enim sunt in dioecesi aut de Dioecesi.

- 6 Aut verò concessa est Exemptio plenior & abundantior à jurisdictione ordinaria, ut Exempti ne quidem agendo eam prorogare possint. Id quod ante scripsi, haerendum est ex verbis, tenore & mente privilegii, quo casu ab agendo per modum declinatoriae submovebatur, quamdiu de submissione seu delegatione fidem non fecerint. Ratio est multiplex; Prima, qui à quemadmodum in temporalibus Principibus est summa potestas, utpote (ut inquit Bald.) quod is sit causa causarum, ideoque de ejus potestate disputare non liceat, nec sit de ea inquirendum. *Bald. cap. Ecclesia s. Maria num. 7. ut lue pend. Jason. l. rescripta, num. 2. & 3. C. de precibus imperat. offerendis Gaill. lib. 2. obs. 56. num. 15.* talis etiam in sponalibus & Ecclesiasticis potestas summi Pontificis. *pulcher text. cap. cuncta per mundum cap. per principalem 9. quaest. 3.* à quo (inquit Bald.) inferiores omnem suam jurisdictionem sicuti planetae suum à sole lumen mutuuntur: *Bald. cap. bona & 2. col. 4. vers. pendente de postulat. Pralat. Trojani tract. de Canonisat. sanct. §. sequitur secundum num. 28. & 42. per cap. Significasti in fine de elect. cap. 2. de prabend. in 6. Clem. 2. ut lue pend. d. cap. cuncta per mundum, ubi dicitur quod Papa liberam habet potestatem.* Unde eximendo hoc modo, ut ne quidem coram ordinario agere liceat, censetur ordinarium in ejusmodi genere personarum private jurisdictione. *arg. l. iudicium solvitur ff. de iudicis.*
- 9 Secundo, quia Exempti speciali concessione habent proprios suos & speciales iudices, Jurisdictio autem specialiter alicui data excludit ordinariam. *Bald. cons. 395. v. i. s. omnibus vol. 4. Boer. ad consuet. Bituricenses tit. 2. §. 2. glo. 3. Gaill. lib. 1. obs. 40. n. 5.*
- 10 Nam reservatione seu delegatione certarum causarum ad ordinarium spectantium, Pontifex censetur ordinarius quo ad eas causas omnimoda private jurisdictione, *Bald. l. si ut proponis r. n. 12. C. quomodo & quando iudex. Jason. l. majorum n. 66. ff. de Jurisdic. om. iud. Fel. cap. quoniam Abbas n. 12. in fine de offic. deleg. Marant. dist. 16. n. 37. Gaill. lib. 1. obs. 41. n. 12. in fine.*
- 11 Simile est cum Papa sibi absolutionem reservavit, Episcopus non poterit absolvere etiam proprios subditos, *cap. nuper de sent. excom. Abb. cap. significasti n. 11. vers. ego hunc articulum de Foro compeet.*
- 12 Tertio, Jurisdictio in ejusmodi Exemptos est per principem seu Pontificem reservata, ideoque alterius jurisdictionem cujuscunque seu agendo seu defendendo prorogare non possunt. *Bald. & DD. cap. Imperialem §. praterea s. inter duos de prohibita fendi alienat. per Feder. n. 19. vers. in contrarium Abb. cap. Caterum de Jud. Barth. & DD. l. 1. §. & post operis in fine. ff. de novi oper. nunt. Alvarot. d. §. praterea si inter n. 4. in fine, vers. sed intelligas.* Regulariter enim quando Papa sibi jurisdictionem reservavit, velint nolint (inquit Bald.) partes erunt sub Papa, *Bald. & Alvarot. ubi supra per cap. inter dilectos ubi Innoc. & DD. de excessib. Pralatorum, gloss. Archid. & DD. cap. tibi quid gratiam de Rescript. in 6. Innocent. cap. Cura in Ferrariens. de constitut. Felin. cap. Cum accessissent num. 28. vers. hanc Regulam limita de constitut.*

Adhuc, reservatio jurisdictionis generalis causarum seu personarum plurimum certe cum avocatione simbolizat. *Aneas de Falconibus tract. de reservatione quest. 1. principalis n. 4. in fine.* Unde quemadmodum Papa per avocationem causae impedit jurisdictionem ordinarii, ut quo ad illam pro privato habeatur. *Philipp. de Perusio cap. ut nostrum de appellat. Guido. tract. de rescriptis n. 38. Gaill. d. obser. 41.* Ita etiam in reservatione jurisdictionis dicendum est, utriusque enim hoc commune est, quod aequivalere seu aequipolleat decreto irritanti. *res. ubi glo. Et DD. cap. Cum dilectus de jure patron. Et in cap. presenti in 1. resp. de offic. leg. in 6. Lapus allegat 16. an valeat post num. 2. Cassad. dec. 2. n. 7. de rescriptis. spol. Mandos. tract. de inhibiti. quest. 100. n. 9. Et 10.* Non secus quatenus per appositionem manus Papae, quae pariter importat decretum annullativum, seu clausulam irritantem. *Menochius cons. 83. Respondebo n. 13. lib. 1.*

Cujus quidem clausulae ea est vis, ut liget etiam ignorantes cum a Papa adicitur, secus vero si ab inferiore, ubi late probat Mandos. *d. tract. de inhibiti. quest. 36. per tot. Et Aneas de Falconibus d. tract. quest. 4. effectu 1. per tot. cap. 1. concess. preb. in 6. Clem. 1. eodem ubi DD. Leonellus tract. de surrept. rescriptis. quest. 3. art. 4. in fine sol. 13. col. 4.* Adiecti cum a Papa adicitur, quia Decretum irritans Legati aut alterius inferioris a Papa vel principe, secundum communioem opinionem non ligat afficitive ignorantes, sed tantum scientes. Ratio, quia inferior constituere potest contra jus, *cap. Cum inferior de majori. Et obedient. cap. pen. Et ubi de filiis Presbiter. quod fieret si permitteremus irritantem hanc clausulam legati afficere ignorantes, ut est pro communi hac opinione testis Mandosius d. tract. de inhibitionibus quest. 36. n. 4. Et 5. ubi late id probat, cui tamen adversari dicit Lapum alleg. 14. incip. Conclusio prima num. 3. Card. Clem. 1. in 6. not. de concess. prebend. Gaspar de Perusio tractat. de Reservat. Landens. tract. de privilegiis quest. 46. videatur etiam Villadiego de Legato quest. 9. n. 67. de qua clausula etiam Fel. cap. 2. n. 17. vers. quando limito, col. 5. de constit. Rebuff. tract. de evocationibus in pr. numer. 22. dicens isdem esse, sive avocatio procedat cum causa, vel sine causa, neque subintelligi, si pars ea uti voluerit. *Felin. Et DD. cap. Ceterum de Rescript. in cap. audita de rescriptis. spol.**

Quod licet verum sit, quod diximus, Clericum actorem sequi forum rei Laici, tamen levi ex causa, imò indistinctè Papa concedit Clero literas quibus Laicum trahit ad suum forum. *Archid. cap. Judicium dist. 89. Abb. c. si Clericus num. 7. per tot. de foro compet.* Id quod cum faciat per modum delegationis, non minori potestate id ipsum facere potest per modum privilegii, *per pulchr. not. Anfronii de potestate Seculari super Ecclesiast. Reg. 1. n. 2.*

Quod genus Exemptionis concessum liquet Clerico Secundario Diocesis Leonensis, idque non modò in actionibus passivis, sed etiam in activis, fit manifestius tam ex Concilio Basiliensi, quam ex plurimis Pontificum concessionibus confirmationibusque, quas non juvat redigere in hunc locum.